

Melanchthon
Institutiones
rhetoricae.

Vg
3129

Halle NB.

XVII, 333.

Ex libris Georgii Neovium, Parchi
mensis

310



INSTITUTIONES RHETORICAE PHILIPPI MELANTHONIS.
COLONIAE APVD
Heronem Alopecium.
a. 1522. M. Aug.
As. Myl. a. 21.



XVII 333.



PHILIPPVS MELANCTHON Iohanni Isleben Sal.



V A L E S C V N

q; sunt hæ præceptiunculae
rhetoricæ, quas dictauimus,
nō scripsimus, opto ut lecto-
ri profint. Nam quod ad me
attinet, malebam perisse hoc
mibi laboris, quam uulgari
multis, quod exciderat tantum tumultuaria opera do-
centi, si per amicos (ut scis) licuisset. Porro magna ex
parte res rhetorica purius emendatiusq; tractata est,
quam in prioribus meis libellis. Quidquid autem est
operis in hoc, tibi inscribitur, ut arbitrio stetq; cadatq;
tuo. Vale.



ELEMEN^{ta} T A R H E T O R E C E S, P E R

Philippum Melan^{thionem,}

DE themate dialectico,
Caput primum.



AR

TES DISSE-
rentium sunt,
inuenire, iudica-
re, disponere, et
eloqui. Difficil-
limum est inue-
nire quid dicas,
quare de inuen-
tione plurima

*Exactius e
notantur Ag-
cola in sua
Dialectica*

sunt a rhetoribus tradita.

INVENTIONEM loci quidam continent, qui in-
dicant de quouis themate, quid dicas. Non inuenitur
thema, sed proposito themate inueniuntur loci, quibus
ipsum uel muniatur, uel ornetur. Ut proposito thema-
te, Clodius iure cæsus est, Rhetore locis suis argumen-
ta petit confirmandi thematis. Quare de thematū dif-
ferentia dicendum est.

*Vid. li. 3. De
lect. v. in s. d. m.*

2 Sicut

*Thematū
genera*

Sicut causarū, ita thematū genera quatuor sunt, di-
alecticū, demonstratiuū, deliberatiuū, iudiciale.

*Thematū
Differentia*

¶ DIALECTICVM thema est, aut simplex, ut pie-
tas: aut compositum, ut pietas est iusticia.

Est autem dialecticum genus, certa quedam et sim-
plex docendi ratio, qua rerum naturæ, causse, partes,
& officia certis quibusdam legibus inquiruntur: ut ex
acte & proprie nihil cognosci queat, nisi dialecticis
organis astrictum.

Est enim obseruatio quedam naturæ, qua in quavis
re ipsa hominum ratio considerat, ^{quæ organa} quid prius, quid pos-
terius, quid proprium, quid improprium sit.

*Fortius videtur
Iam h. 1. Proq. Rr
Hortius 7
h. 1.*

¶ LOCI seu organa simplicis thematis.

Finitio,
Causse, *Vnde vix*
Partes,
Officia,

Vt si qd sit iusticia, q̄ causse eius sint, quæ partes, q̄
officia, inq̄sieris: iā totā iusticiæ naturā perscrutatus
es. Et de ijs quidē dialectici uiderint. Nā huic simpliciū
thematū generi, quatenus cū rhetore conueniat, infra
docebinus. Est enim ubi de finitiōibus, ubi diuisiōibus
utitur. Quæ ut sunt apud dialecticum certæ & cōpen-
diariæ, ita apud rhetorem amplæ & splendide.

¶ DE composito themate.

^{integræ} ^{Oratio} Omne compositum thema, aut probatur, aut im-
probatur

probatur. Probatio aut improbatio argumentis constat, iam omne compositum $\delta\epsilon\mu\alpha$, siue rhetoricum siue $\delta\iota\alpha\lambda\epsilon\kappa\tau\iota\kappa\acute{o}\nu$, in dialecticas figuras referri potest. Ita q; inter rhetorica et dialectica sic conuenit, quod de proposito themate dialecticus certa lege uerborum, et anxie obseruata sermonis proprietate, ne plus minus-ue dicatur, quam res precepta apud animum prescripsit, differit. Rhetor uero etiam aliunde addit simplicibus argumentis ornamenta quaedam. Ergo certum argumentorum iudicium a dialecticis, ornamentorum figuras a rhetoribus peto. Vt in Miloniana, sic argumentari dialecticus poterit, uim ui repellere fas est, Clodium occidit uim ui repellens Milo, ergo Clodius iure caesus est. Quem $\sigma\upsilon\lambda\lambda\omicron\gamma\iota\sigma\mu\acute{o}\nu$ Marcus Cicero uix multis paginis absoluit. Neq; uero de eo apte iudicare poteris, nisi reuocaris in simplicem et $\delta\iota\alpha\lambda\epsilon\kappa\tau\iota\kappa\acute{\eta}\nu$ formulam, indicante interim rhetore, quae ornamenta sint addita praeter necessitatem, in hoc tantum, ut illustrent, ut augustiorem reddant orationem.

ut dicitur Clodium

Differunt i

*Sillog: 2 mo
1. figura*

LOCUS seu organa argumentorum inueniendorum, quibus composita themata muniuntur.

- Finitio,
- Causae,
- Partes,
- Similia,
- Contraria.

Non enim res ista fieri potest nisi ex causis constat

*Argumentorum ratio laudum & Dialertin
potentium ornamentum autem figurarum
Rhetoribus: De oro*

*nt, di
pica
fina
tes,
ex
cis
uis ad
0a*

...



De argumentorum locis infra agemus, omnino enim rhetori & dialectico de locis conuenit. Nam qui modi sunt, & quae formulae argumentorum necessariorum, dialecticus docet, ubi οὐλογοισμῶν, enthymematū, & ἐπαγωγῶν formas tradit.

¶ DE genere demonstratiuo quod ad personarum laudem attinet. Caput secundum.

Cicero ad hunc
venit p. 10
hunc definitio
videt fab. l. 3
r. 8.
fab. l. 10
referuntur
totum



DEMONSTRATIVUM GENUS, quo utimur laudando, aut vituperando, celebre quondam in actionibus publicis, ut indicant Demosthenis, item pleraeq; Thucydidis conciones, nunc ad scholas & ad exercitium iuuentutis relegatum est. Est autem triplex, Nam aut personae laudatur, ut Caesar: aut facta, ut Scaeuolae factum: aut res, ut iusticia, pietas. Semper itaq; simplicis thematis genus demonstratiuum est.

¶ DE personarum laude.

Orationis partes a rhetoribus praescriptae sunt.

Exordium,

Narratio,

Contentio, *in se continet*

Peroratio,

Quas partes deinceps in singulis generibus requiramus, Neq; uero ubiq; omnium usus est.

¶ DE exordio.

*no videntur
Exordi
Indi*



Adverbiis tractat in 2 2 pro Prefatione

EXORDIVM non modo in hoc genere sed in alijs
etiam, tribus locis constat.

*Paroeratio
prima*

Benevolentia Benevolentia,
ad hunc Attentionis,
ad hunc Docilitatis.

Benevolentia petitur tum a rebus, tum a personis.

*Benevolentia
in prole*

1. Facillimus et usitatissimus benevolentiae tractandae
locus est officium personarum. Quale est exordium Na
stanzeni in Basilij laudem, Debere se Basilium lauda
re, tum propter amicitiae rationes, tum propter memo
riam pulcherrimarum uirtutum, tum ut exemplum
habeat ecclesia optimi et sanctissimi Episcopi.

2. AB OFFICIO orditur Cicero pro archia. Si

quid est in me ingenij iudices, quod sentio quam sit exi
guum: aut si qua exercitatio dicendi, in qua me non infi
cior mediocriter esse uersatum: aut si huiusce rei ratio
aliqua ab optimarum artium studijs et disciplina pfe
cta, a qua ego nullum confiteor aetatis meae tempus ab
horruisse: earum rerum omnium, uel in primis hic A.
Licinius fructum a me repetere prope suo iure debet.

Extremat

3. AB OFFICIO exorditur primam Epistolam

Cic. Ego officio ac pietate caeteris satisfacio omnibus,
mibi ipse non satisfacio, tanta enim est magnitudo me
ritorum tuorum.

*Quod si quod uult
in arte dicitur
ad hunc
Defand*

4. AB ijs quos laudamus, ut superiorem esse eum de
quo dicturus es omni orationis facultate. Sic de Basia

lio Nazia

Memoria pulcherrima uirtutis

*no
qui
u,
u,
na
m.
E
uio
he
o
e
da
ut
is
t.
di*

lio Nazianzenus.

*Personam
aduersarij
benevolentia
non*

AB ijs coram quibus dicitur, ut ex re eorum esse, coram quibus dicis, ut huc laudes: satis scire quam charus ciuitati fuerit, ideo publici officij gratia laudandum est.

Principio notare, perstringere, criminari aduersarium, ut pro Aulo Cecinna. Si quantum in agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro atque in iudicijs impudentia ualeret, non minus in causa cederet A. Cecinna Sexti Ebucij impudentiae, quam in ui facienda cessit audaciae. Et haec quidem sunt communes formulae benevolentiae.

*Quid dicitur
in exordia*

Commode trahuntur exordia a locis, temporibus, et ab alijs circumstantijs, quae forte fortuna inciderint.

Vt Cicero pro Celio a tempore orsus est. Si quis forte nunc iudices adsit ignarus legum, iudiciorum, consuetudinis uestrae, miretur profecto quae sit tanta atrocitas huius causae, quod diebus festis, ludisque publicis, omnibus negocijs forensibus intermissis, unum hoc iudicium exerceatur.

*in: 20 in
actu aposto:
a tempore
exordium
vos sum in*

¶ A periculis orsus est pro Sexto Roscio. *quid fuerit periculis*

¶ PEREGRINA exordia saepe ducuntur. *quid fuerit periculis*

A sententijs,

A uotis,

A moribus,

A legibus,

Institutis gentium.

liberum

Vt Aris

Vt Aristides in Encomio Romæ . Sic Demosthenes in Eschinem a uoto orsus est . Optare se a dijs immortalibus, ut quam gratiam hæctenus experatus fuisset in republica gesta, eã nunc in hac caussa experiretur. Et pro Murena Cice. & de reditu suo. Orditur & a more, contra legem agrariam,

Idem fere in epistolarum exordijs obseruatur, quãquam in his minus est artificij.

¶ DE insinuatione.

Insinuatio est, cum principio orationis excusamus turpitudinẽ, quæ in caussa uidetur esse, ut si quis Thersiten laudaturus sit, cum hunc damnarint poetæ, damnarit & fama, sic ordiatur, Boni uiri esse, suspectũ habere, qcquid uel poetæ, uel fama probet, aut dānet. Ideo cõfidere, auditores magis quæ dicturus sis, quã quæ incerta fama acceperint consideraturos.

¶ Exemplum habes exordium Morie Erasmi,

In exordijs cauendum, ne lōgius petantur, item ne nimis proluxa sint.

Accommodata sunt exordijs hæc affectuum uerba,

Gaudeo, doleo, miror, gratulor, opto, uereor, precor, et

similia, ut apud Paulum εὐχαριστῶ.

¶ DE attentione.

Attenti erũt, si de nouis, necessarijs, utilibus rebus:

item difficilibus, aut obscuris, dicturum te affirmes.

Est & ubi beneuolentiam captes, a nouitate, & utilitate

6 5 tate

Spuria pau
Exordij

hanc 2. Th
Thersiten
scribit
l. 13. M. A.
Hud m. m.
mit

Quid in istis
sententijs est
continuitatis
Cicero y. M. A.
D. Am. 11. 12

Exordij
Stoll
libidinis p. m.



laudatio e rei facte non in facto expositio ad
fundamentum verisimilitudine

tate argumenti.

Dociles, si dicturum te affirmes breuiter & dilucide

¶ DE narratione. *fab. h. l. r. - Cicero h.*

NARRATIO qua persona laudantur, est historia
ea commemoratio totius uitae *arg. que laudat*

Loci sunt, natales, puericia, ubi de ingenio dicitur
& educatione. Adulescentia, ubi studia considerantur. *ut sit pariter memores res propria, ueritate*
Iuuentus & senectus, ubi res publice aut priuatim ge-
ste considerantur: mors, & quae illam secuta sunt.

memoria con
fidentia
confutatio

Quidam personarum laudes partiuntur in tria ge-
nera bonorum, & ab illis incipiunt narrationem: quae non
admodum probo, Quamquam in commemorandis gestis re-
bus, si non potest historicus ordo temporum obseruari,
et multa facta sunt congerenda, patiar commemora-
ri primum prudentiae, deinde iusticiae, postea fortitudi-
nis, postremum temperantiae exempla. Ut si sis, Augu-
stinum laudaturus, recensitis natalibus, ubi iam ad egre-
gia facta peruentum est, patiar ea distribui in locos uir-
tutum. Sic Cicero laudauit Pompeium. Ego existimo
in summo imperatore quatuor has res inesse oportere,
scientiam rei militaris, uirtutem, autoritatem, felicitatem.

In recensendis factis nonnunquam ad alicuius uirtutis pe-
culiarem laudem per amplificationes excurrendum est.

Epilogus

Itaque oratio, qua persona laudatur, est continua quae-
dam historica expositio, laudum, personae. Et ab histo-
ria non differt hoc genus orationis, nisi quod historia

narrat

narrat simplicius, splēdidius orator et magnificētius
Caret confirmatione & confutatione, quia nō a-
gitur de dubijs rebus. Quāq̄ alicubi solet dubiū incide-
re, quod aut defendendum, aut excusandū est. Vt si q̄s
Camillum laudet, defendat non uiolasse pactum, quod
cū Gallis Romani pepegerāt. Ita si quis Petrū laudet,
ostendat lapsum esse, ut declararet exemplū sui in eo
diuina misericordia.

¶ DE genere demonstratiuo quo facta
laudantur. Caput III.



LICEBIT ordiri a commodis eorū a-
pud quos dicimus, ut si quis Scauolæ
factum laudaret, qui Romam obsidi-
one personæ liberauit. Non dubium
est Quirites magnæ uoluptati uobis
memoriā Scauolæ esse, qui tot rempub. cōmodis unico
facto auxit. Atq; hæc uidetur proxima ordiendi ratio.

AB alijs modis, ut a nostra persona, a locis, a tem-
poribus, si qua occasio suppeditabit argumentum, ordi-
ri potest. Vt pro M. Marcello a tempore & persona
Caesaris orditur Cicero. Diuturni silentij patres con-
scripti, quo erā his temporibus usus, nō timore aliquo,
sed partim dolore, partim uerecūdia, finem hodiernus
dies attulit: idemq; initium, quæ uellem, quæq; sentire,
meo pristino more dicendi. Tantam enim mansuetudi-
nem, tam inusitatam inauditamq; clementiam, tantū
in sum-

L. 2. l. 1.
Sapto
Murrus
In p. 111
ill. 1. 1. 1.

Ordin
Sapto
Imp. du
propter de
institio

defendendū est & demonstrandum, pactū non esse uio-
latum, quod inierat Sulpitius.

Sunt aut loci confutationis cōtrarij cōfirmatiōi.

¶ DE peroratione.

Peroratio breui enumeratiōe cōstat, & affectu.

In lætis mouemus ad congratulandum & imitan-
dum. In tristibus ad commiserādum.

¶ DE DEMONSTRATIONE rerum

Caput III. EXORDIUM



PTIMUM exordium fuerit, si ab
aliqua insigni laude eius rei de qua
dicturus es ordiare, Ceterum lice-
bit & a personis, & ab officio, a
locis, temporibus, alijsq; modis or-
diri, de quibus supra dixi.

Iam & hic spectandum, si rem turpem laudaturus
sis, ut insinuatione anteuortas animos audientium, &
excuses turpitudinem, uel ^{ut in 116 Pandanus} exemplis, uel argumentis. *attendant*
Exemplū habes Erasmiæ Morie præfixā Epistolā.

¶ NARRATIO.

In hoc genere narratio nulla ē, sed simpliciter pro-
ponitur, estq; uice narrationis propositio.

Elegans exemplum est apud Politianum in laude
historiæ.

Inter omne scriptorum genus, quibus uel Græcæ,
uel Romanæ literæ floruerunt, hi mihi haud dubie de

humana *Pro p. Col.*
monstrat

Summe Libros apud *Quodam* *Quodam*

*Distributio
Congrua*

humanis rebus egregie meriti esse uidentur, per quos
aut excellentium populorum, aut summorum princi-
pum, aut omnino illustrium uirorum res gesta ^{literis} fideli-
bus historiarum monumentis commendatae sunt.

Ita si quis de pace dicturus, sic proponat. Inter ea,
quae uel publice uel priuatim salutaria rebus humanis
contingere possint, nihil pace prius est.

*de eius in
m. d. eloq. ut
vbi. id. ut
de l. go. et
esto*

CONFIRMATIO.

Loci sunt, honestum, utile, facile, seu difficile. Multa enim
communia habet hoc genus cum genere deliberatiuo.

Honestum a natura petitur, item a personis, ab in-
uentoribus, a uetustate.

*de C. de h. m. d.
m. d. sp. m. d.
ut. ut. ut. ut.
C. de h. m. d.
ut. ut. ut. ut.
ut. ut. ut. ut.*

Utilitas & facultas in circumstantiis posita est.

Exemplum habes historiae laudationem apud Poli-
tanium, item apud Erasmus de re medica.

CONFVTATIO locis contrariis constat.

PERORATIO constat enumeratione, & affectu,
ut supra.

DE genere deliberatiuo.

Caput V.



GENVS deliberatiuum est, quo sua-
demus aut dissuademus, petimus,
hortamur, aut dehortamur. Ususque
eius multus est, cum alias in ciuilibus
negociis, tum in epistolis.

EXORDIVM,

Non alio

Non aliter atq; supra ducimus ordiri & hic licebit, maxime uero aut ab officio personæ, ne quis putet consuli priuato affectu in rem nostram. Sicut apud Salustium Cæsar. Omnes qui de rebus dubijs consultant, uacare decet metu, timore, auaritia,

Aut a periculi uel rei magnitudine, quales pleræq; sunt. Apud Liuiū libro quinto Camillus orditur i hūc modum. Ardeates ueteres amici, noui etiam ciues mei (quando & uestrum beneficium ita tulit, & fortuna hoc egit mea) nemo uestrum conditionis meæ oblitum me huc processisse putet, sed res & commune periculū coegit, quod quisq; possit in re trepida præsidij in medium conferre.

Cæterum, & aliunde petuntur exordia. M. Cicero pro lege Manilia beneuolentiam tantum a persona sua captat, ostendens qua occasione licuerit in publico dicere, quia scilicet prætor designatus sit.

Est ubi aduersarij pstringuntur, ut sæpe apud Liuiū. Est ubi mores publici aut priuati notantur, ut i oratiōe Porcij Catonis contra luxuriā mulierū decados quartæ libro quarto.

Est ubi ordimur a locis, temporibus, item alijs incidentibus rebus. Ut a comprecatione Liuius cōtra Bacchanalia libro nono decadis quartæ. Nulli unquam cōtioni tam non solum apta, sed etiam necessaria hæc solennis deorum comprecatio fuit, quæ uos admonere debeat,

debeat, hos esse deos, quos colere, uenerari, precariq;
maiores nostri instituisent,

Breuiter, in exordijs generis deliberatiui officium
personae, & necessitas, aut cōmoditas rei cōsiderātur.

¶ NARRATIO.

In deliberationibus raræ sunt enarrationes, sed fe-
re propositionibus uice enarrationum utimur. Ut uin-
dicare Germaniam a pontificia tyrānide, & piū &
necessarium est hoc tempore.

Nonnunquam breuibus narrationibus utimur, ut
cum aliquid ante ea de re gestum est, de qua delibera-
mus. Ut apud Ciceronē pro lege Manilia. In hūc mo-
dum & narratiuncula est in oratiōe Annibalis ad Sci-
pionē decadis tertiæ li. decimo mire elegās et uenusta.

Narrationem uero debet sequi propositio eius sen-
tentiae, de qua deliberatur. Ut apud Liuiū. Quod igi-
tur nos maxie abominaremur, uos aut ante oīa opta-
retis, ī meliore uestra de pace fortuna agitur, agimus
q; ij, quorū et maxime interest pacē esse, & quodcūq;
egerimus, ratum ciuitates nostræ habituræ sunt. Hæc
enim propositio est quam e narratione colligit.

¶ CONFIRMATIO.

Loci ut honestum, utile, facile, uel difficile.

Honestas complectitur uirtutes, prudentiam, iusti-
ciam, pietatem, liberalitatē, clementiam, fortitudinē,
temperantiam &c.

proinde

proinde qui uolet ab honesto argumentari, eum oportet uirtutum naturas probe tenere. Hic sacrorum scriptorum, poetarum, philosophorū sententias, scite dicta, item historicorum exempla oportet in promptu habeamus.

Utilitas, In omni causa spectandum est, num quod possit a necessario duci argumētum. Vincitur enim necessitate utilitas. Cæterum utilitas posita est in circūstantijs, & nascitur ex ipsa caussa.

Utilitas in quibusdam

Facile uel difficile, huc pertinent possibile & impossibile. Vincitur enim impossibili difficultas, ideo efficacius argumentum est, quod hinc ducitur.

Difficultas commemorat pericula, quæ uel ex ipsa caussa, uel a locis communibus, a conditione fortunæ colliguntur. In hoc toto genere plurimum ualent exempla.

CONFUTATIO.

Petenda est a contrarijs locis. Obseruabis autem ubi honestas a personis petitur, agi rem locis demonstratiuis.

PERORATIO enumeratione constat, & affectu. Qualis illa est apud Ouidium in Methamorphoseos in Vlyssis oratione contra Aiacem.

Apud Cicero in de Pom. est Deh. oratio de J. Jona

DE genere iudiciali.

Caput VI.

Vicit aut Vlyssis

b

Iudicia

facundia sua et Aiax sibi ipsi respondit montem



Definitio



VDICIALE genus est, quo cōtrouer-
siae ac lites continentur. Forense quō-
dam erat, & nunc a nobis eatepus
tractabitur, quatenus in literatis cau-
sis eius usus est. Nam ut de civilibus
negocijs, ita iisdem fere locis de literatis caussis disce-
ptari potest. Ut cum Paulus probat, non esse ex operi-
bus iusticiam, certe civili argumento usus est, cum ait,
Abraham ante circumcisionem iustificatus est, ergo nō
ex circumcisione.

*Sub h. 3. r. 6.
iud. Statu*

STATVS est summaria sententia, de qua proprie
litigatur, atq; adeo breue pronunciatum seu proposi-
tio, quæ est controuersiae summa, & ad quam omnes
probationes & argumenta referuntur. Ut, fides iusti-
ficat. Hæc summaria sententia disputationis Paulinæ
dicitur status. Milo Clodium iure occidit, hæc summa-
ria sententia orationis Milonianæ dicitur status.

Singulis statibus sui sunt argumentorum inueniē-
endorum loci. Proinde status recensendi sunt, & dige-
rendi, ut quocunq; themate proposito, scias quibus ar-
gumentandi locis utendum sit.

Sunt autem tres status, Coniecturalis, Legitimus,
& Iudicialis.

CONIECTVRALIS ex questione an sit nascitur.
Ut cum quæritur, occiderit ne Aiacem Vlysses.

De legitimo & iudiciali postea.

Conie-

Coniecturalium & in alijs generibus, ut postea in
dicabimus, multus usus est, ideo eius loci diligenter
obseruandi sunt.

¶ DE EXORDIIS.

Exordiorū ratio in iudiciali genere eadem est, quæ
supra. Ordinur enim pro conditione causæ, uel ab ad
uersarij criminatione, uel ab eius pro quo dicimus cō
miseratione, qui locus & accusatori et defensori mire
utilis est. Alias item a nostræ personæ officio.

Alias a iudicis persona. In promptu sunt exempla qui
bus pro regulis utaris.

¶ DE NARRATIONE.

NARRATIO in hoc genere est historica facti cō
memoratio. Narrabit ergo accusator, sparsis in narra
tionem multis suspicionibus, quæ causam adiuuare uī
deantur.

Ex narratione certam collige sententiam, quam
probaturus es. Nam rhetores narrationi enumeratio
nem subiiciunt, quæ eorū de quibus dicturi sumus, pro
positio est. Ut pro Milone Cicero post narrationē ait.
Nunquid igitur aliud in iudiciū uenit, nisi uter utri in
sidias fecerit? Profecto nihil: Si hic illi, ut ne sit impu
ne: si ille huic, tum nos scelere suluamur. Quo nam igi
tur pacto probari potest, insidias Miloni fecisse Clodi
um? Et hætenus proponit Cicero.

¶ DE CONFIRMATIONE.

b 2 Accusa

Accusatoris confirmatio ab his locis petitur, uoluntate, & potestate. Suspicionem enim arguunt hæc duo, uoluisse lædere, & potuisse.

VOLUNTATIS loci duo sunt, qualitas personæ, & causa inducens ad suscipiendum facinus. Huius duo sunt loci, impulsio, & ratiocinatio.

IMPULSIO est affectus animi, ira, odium, auaricia, aut quæcunq; cupiditas.

RATIOCINATIO est, quæ a spe commodorū ducitur. Quale primum est in Miloniana caussa, ubi probatur Miloni Clodium insidiatum esse. Satis est quidē in illa tam audaci, tam nefaria belua, docere magnam ei caussam, magnam spem in Milonis morte propositam fuisse. Quam sententiam deinde rhetoricis figuris amplificat, inquiens, Ita q; illud Cassianum, cui bono fuerit, in his personis ualeat. Etsi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi sepe paruo.

QUARTVS LOCVS Cōprobatio, cum docemus ad hunc solum pertinuisse commoda.

POTESTAS tota constat circumstantijs, loco, tempore, uiribus, item signis, quæ uel maxime suspensiones arguunt, & confirmant.

SIGNA sunt dicta aut facta, antecedentia, uel consequentia.

ANTECEDENS, ut Clodium ait Cicero dixisse, Milonem triduo periturum. Item Clodium habuisse secum co

cum comites, barbaros seruos.

¶ SEQVENS, ut fugit, expalluit, erubuit.

¶ IDEM sunt defensoris loci, sed ille addet absoluti-
onem, & inuersionem, quibus signa diluuntur.

¶ ABSOLVTIO est cum docemus id signum, quod
factum est, misericordia & humanitate factum esse,
ut sepeliri, se motus misericordia

*Prig p. 100
vis loris*

¶ INVERSIO, qua docemus signum, quod cōtra nos
producit, pro nobis facere: Ut, nō sepelissim, si occidissim.
Ita Thucydides, non animaduertendum in Mitile-
neos, ne desciscant. Ita Paulus in Gala. Nūquid lex ad-
uersus promissiones, si non iustificat? Imo si lex iustifi-
caret, esset aduersus promissiones dei.

Subscriptio

¶ PERORATIO constat enumeratiōe & affectu.
Accusator enim inuehitur in reum. Rursum reus iudi-
cis animum sollicitat misericordia, & similibus affe-
ctibus.

¶ DE statu iuridicali. Caput VII.



¶ ICVT coniecturalis status ex quæ-
stiōe an sit nascitur: ita cum de facto
cōstat, quæri solet de iure uel iniu-
ria facti. Atq; hic status est, qui ius,
aut iniuriā continet. Negocialis dici-
tur, uel iuridicalis.

¶ Exordia, atq; narratiōes a superioribus pete.

¶ CONFIRMATIONIS proprii sunt loci.

b 3 Est autē

Est autem duplex status negocialis, absolutus, & assumptiuus.

ABSOLVTI status sunt, cum simpliciter aliquid defenditur Vt in Miloniana simpliciter Milonis factis defenditur.

Loci eorum sunt, natura, lex, consuetudo, equum, et bonum, iudicatum, pactum.

ASSVMPTIVS status est, cum per se defensio infirma est, sed assumpta re extranea tractatur.

Loci eius sunt concessio, remotio criminis, translatio criminis.

CONCESSIO est, cū reus postulat sibi ignosci. Et habet partes, purgationem, & deprecationem.

PVRGATIO, est, cum non consulto, sed per imprudentiam, per casum, nos peccasse fatemur.

DEPRECATIO, cum imploramus misericordiam &c. Id autem fit commemoratione laudum iudicis.

TRANSLATIO criminis, cum culpam & crimen fatemur, sed coactos indignitate peccasse. Vt Orestes cum matrem occidit, ueniam meretur, coactus scelere matris.

REMOTIO criminis, cum crimen in alios cōferimus, quorum iussu fatemur peccatum esse.

Peroratio, enumeratione & affectu constat.

LEGITIMA constitutio dicitur, ubi definitione contrarijs legibus, ambiguis scriptis, ratiocinatione, aut trās,

aut translatione agitur.

DEFINITIONE certatur, ut si quis sustulerit e sacro pecuniam prophanam: queritur, sacrilegium an furtum sit admissum.

Questio finitionis tractatur dialecticorum locis, argumentis a genere, a differentia ductis

Contrariarum legum constitutio est: ut contrariarum sententiarum in scripturis. Ut filius non portabit iniquitatem patris: et uindicabo iniquitatem patrum in filios. Tractatur autem per circumstantias, altera uel prorsus refutata, uel exposita.

DE AMBIGVIS scriptis dicitur ex scripto & sententia controversia nasci, ubi uidetur scriptoris uoluntas a scriptis dissentire. Ut si quis disputet, cur Paulus precipiat bona opera, cum tamen opera non iustificet.

EX AMBIGVO, cum una sententia multifariam exponitur. In qua controversia statuenda est, una aliqua certa sententia confirmanda circumstantiis, & mente auctoris. Ut si disputetur, utrum cum Paulus doceat opera legis non iustificare, uelit hoc intelligi tantum de ceremoniis, an de omnibus legis operibus ceremonialibus & moralibus.

RATIOCINATIONE constat controversia, quoties de casu aliquo disputatur, legibus non comprehenso. Qui casus simili collato definiri potest.

b 4 Transla

TRANSLATIO plane id est, quod iuriscōsulti ex-
ceptiōem uocant. Vt cum agitur, non licere huic accu-
sare. Item, non posse hāc caussam agi corā hoc iudice.

¶ DE locis communibus. Cap. VIII.



MARCVS Cicero locos cōmunes uo-
cat, qui tum ab accusatore, tum a de-
fensore in eadem caussa usurpari pos-
sunt. Vt fama, testes.

Cæterum loci cōmunes dicuntur,
omnes formulæ cōmunium rerum agendarum, quæ in
uarias caussas incidere possunt. Nam qui cōtra Scæuo-
læ factum dicit, cum neq; prudenter, neq; fortiter fa-
ctum dicat, a prudentia & fortitudinis natura petat
argumenta: perinde atq; is, qui Scæuolæ factum lau-
dat, argumenta a prudētia, & fortitudinis rōe petat.

Dicuntur itaq; loci communes, cōmunes formulæ
uirtutum, uitiorum, & aliorum cōmunium thematū,
quæ in res cōmunes incidunt, possuntq; cōprehendi lo-
cis argumentorum generis deliberatiui.

¶ DE VSV eorum caput est in secundo de co-
pia libro, lōge utilissimum.

Extat & Epistola quædā ea de re Rodolphi Agricolæ
Sunt autem hęc themata.

Deus	Ignominia
Natura	Affectus
Fatum seu prouidentia	Ira

Fortu-

Fortuna

Homo

Vita

Mors

Aetas

Valetudo

Diuitiæ

Labor

Mercatus

Agricultura

Virtus

Gloria

Iusticia

Magistratus

Plebs

Tyrannus

Seditio

Clementia

Sæuitia

Pax

Vicium

Bellum

Pietas

Religio

Veritas

Fides

Amor

Odium

Voluptas

Spes

Metus

Misericordia

Dolor

Prudentia

Calliditas

Dolus

Stoliditas

Lex

Scientia rerum

seu philosophia.

Prodigalitas

Aurum

Argentum

Pecunia

Fortitudo

Constantia

Temeritas

Temperantia

Sobrietas

Ebrietas

Crapula

Libido

b

s

Perfidia

Perfidia
Amicitia
Assentatio
Liberalitas
Auaritia

Castitas
Pudor
Verecundia
Garrulitas
Taciturnitas

In hos locos digere sententias, & exempla, quæ occurrunt. Vt in locum de deo, Simonidæ exemplū, qui interrogatus quidnā de deo sentiret, petiuit aliquot dierū spacium ad deliberandum: quo exacto, rursus plurimum dierum spacium petiuit. Tandem inquires, quo diutius de deo cogito, eo minus inueniri. Quo exemplo cōmode licebit uti cōtra eos, qui utile putant rationibus humanis diuinitatem inquirere, in qua cū rō nihil certi assequi possit, uidemus philosophos ἀδύσσο factos.

Affectus est circumstantiæ emphasis, misericordiā aut iram mouens, aut aliud huius generis.

Exemplum habes plenum affectuū, orationem M. Ciceronis de reditu suo.

¶ DE dispositiōe. Caput IX.



DISPOSITIO est partiū oratiōis & argumentorū apta collocatio. Eaqtātum lucis adfert oratiōi, ut etiā si optime inueneris, nihil inuenta ualitura sint, nisi cōmode ac scite digeferis.

Dispositiōem ait Cicero in secundo de Oratore tātum pos-

tum posse in dicendo, ut ad uincendū nulla plus possit,

Esto autē hęc unica disponendi regula, ut naturę ordinē sequaris, quem ipsa dicēdi rō pręscribit. Vt primo loco exordiū, proximo narratio, deinde cōfirmatio & cōfutatio, postremo peratio ponatur. Et in argumentis cōmunia pręcedant, peculiaria sequantur.

Disponendi ratiōem nemo regulis queat complecti. Proinde ex Ciceronianis oratiōibus eius formulę & exempla petenda sunt. Nam fieri aliquando solet propter occupandos hominum animos, ut transponantur partes, ut in Miloniana pars cōfirmationis narrationem pręcedit.

DE elocutione. Caput X.



LOCVTIO est oratiōis ornatus, et splendor. In oratione, primum est inuenire, quid dicas. Alterum cogitare quam splendida oratione, quam copiosa, quam propria sis explicaturus inuentum.

Summam inuenti argumenti breuibus uerbis complecti queas.

Elocutio amplificat & auget, & ornat.

Quare in iudicandis orationibus semper est obseruandum, ut primum summam & substantiam rei complectaris breui sententia. Deinde uideas quę ad substantiam accedāt ornamentorum uice. Substantia ad inuentiōem

tiōem pertinet, ornatus ad elocutiōem. Vt si dicā, To-
tus Piso impurus est, Hæc summa rei est. Huius ornan-
di gratia licet addere, os, oculos, manus scilicet impu-
rus est. Deniq; nulla non parte corpis, nullo non gene-
re turpitudinis cōspurcatus est,

Meminerint adolescentes aliud in oratiōe esse rei
substantiam, aliud ornamentū. Tum & certius de scri-
ptis iudicabunt, & alia alijs pulchre & apte cohære-
re intelligeut, & ipsi quoq; uti rhetoricis schematibus
poterunt, cum cognouerint, posse breuem sententiam
rheticis figuris amplificari

Qui de elocutione scribunt, triplicem oratiōis ca-
racterem esse dicunt. Sublimem, ubi oratio sublimis ē,
& crebris figuris constat. Breuiter, est grandiloquen-
tia quædam: quales sunt Ciceronianæ oratiōes.

Humilem, ubi non assurgit oratio supra uulgarem lo-
quendi usum. Quales sunt quædā familiares Epistolæ

Medium, ubi oratio assurgit paulum supra uul-
garem loquendi consuetudinem, quales sunt historie.

¶ DE exornationibus seu figuris, tum uerbo-
rum, tum sententiarum. Caput XI.



VANQVAM institutum meum
in his rhetoricis fuerit, potius inuen-
tiōis, quam elocutiōis locos ostende-
re: quod in hoc magis scripsi, ut iudi-
cia iuuentutis, quam stilum formarē
deinde,

deinde, quod inuentiōis loci indiligentius traditi sunt
a rhetoribus, & nescio quomodo elocutiōis prior quā
inuentiōis habita ratio est, tamen cum hāc quoq; par-
tem a me quidam requirerent, quantum per ocium lice-
bat, adnotavi quae de schematibus uidebantur. Por-
ro cum in hoc argumento pene solo immodice uersati
sint rhetores, quis nō uel a Fabio, uel a Cicerone poti-
us, q̄ a me requirat? Sed cum hic ita uariant scriptores
tum ueteres, tum noui, tum Graeci, tum Latini, ut non
possint facile cōprehendi, aut recenseri figurae, ne a
doctis quidem, quid sentirem subiici.

Ac principio quidem non hoc ago, ut omnes figu-
ras complectar, quod non arbitror posse a quoquam fi-
eri: sed ut notissimas propria ac certa ratiōe, tum exē-
plis quoq; discernam. Fuerunt apud Graecos quoque,
qui dixerunt τὰ σχήματα ἀπερίληπτα εἶναι. Nec
illorum mihi sentētia plane improbatur: quare nolim
a me quisquam expectet absolutam omnium figurarū
enumeratiōem. Et fortasse utile est intra fines aliquos
cōsistere figuras, ne dum figuras omnes prosequimur
nihil adsequamur, id quod fere fit. Nam ubi rhetor ali-
quot indicauerit formas exornandi, offerent se subin-
de plures in lectiōe eruditorum scriptorum. de quibus
etiam sine rhetorum praeciōibus iudicare poteris.
In grammaticis quam multa ad obseruationem rele-
gāt, q̄ praeciōes scribūt, adeo, ut optime scripsisse pu-
tent eū

tent eum, qui parcissime ac paucissimis tradidit præceptiones. Nec enim docet rectum sermonem grammatica, sed autorum usus: ita nec disertos facient rhetorice præceptiones, sed scriptorū optimorum assiduus usus, pertinax exercitatio dicēdi, scribēdiq;. Videbat hoc haud dubie Fabius, cum non uellet nisi quasdam formas schematum communes adnotare.

Porro non est idem figurarum usus. Quædam ad ornandum tantum sunt accommodatæ: quædam præterquam quod ornant, etiam augent corpus orationis. Quod ut possit intelligi, partiendæ sunt figuræ. Nam hinc æstimabitur, quid in causa fuerit, cur sic uariae uerint scriptores.

Tres sunt, meo iudicio, figurarum ordines.

Primus ad dictionem pertinet, quale est hoc, Pierides uos hæc facietis maxima Gallo, Gallo cuius amor tantū mihi crescit in horas. Item, Omnibus uni, Vni odijsq; uiro telisq; frequentibus instāt. Est enim dictionis repetitio, quæ paulo illustriore reddat orationem. Secundus ordo pertinet ad orationem, ita ut oratio figuratur tantum, non etiam addatur aliquid quo corpus orationis crescat. Huiusmodi sunt interrogatiōes. Nihil enim ad orationis corpus interrogatio facit, tantum figurat modum orationis, ut uehementius uideatur dici, quā si simpliciter sine interrogatiōe efferretur. Uehementius enim est, quo me uertā? quā, nō habeo qua euadant

uadam &c. Tertius ordo sic ad oratiōem p̄tinet, ut non ornet tantum, sed augeat quoq; oratiōis corpus, potestq; eximi orationi: qualis est distributio. Ut rēpu. la sit, Senatus auctoritatem uiolauit, equitū ordinē adflixit, plebis opes diripuit. Huiusmodi figuris oratio augefcit. Atq; hinc facile adparet, quō numeret exornatiōes Cicero, aut quō Fabius. Cicero enim duos priores ordines cōplectitur exornatiōibus uerborū, & tertium ordinem uocat exornatiōes sententiarum. Fabius Quintilianus, duos priores ordines tantū pro schematis seu figuris (non autem separo nunc tropos) habet. Tertium ordinem non numerat inter schemata: sed partim inter amplificandi formas, partim uult argumenta uocari, Quāq; miror cur argumenta uocari uelit: cū saepe non ad probandū, sed ad illustrandum adhibeātur. Habes quid intersit inter Ciceronis ac Fabij enumeratiōem. Nos p̄sequemur figuras, in tres illos ordines digestas: ita & q̄ uidebuntur cōfusius a Cicero, & a Fabio obscurius tractata, fortasse perspicua erūt. Nolim uerti uicio mihi, quod p̄scriptū illorū non sequor per omnia, Nā docendi gratia aliquid audendū est, quantumuis periculose. Porro si quis argutulus uolet duos posteriores ordines simul uno cōprehendere, nihil refragabimur. Locus hic cū primis utilis est, quare diligētius, si quid modo possumus, tractandus uidebatur.

De tro-

DE TROPIS DICTIONVM.

Caput XII.



Non uidetur operæ precium ullum, de grammaticis figuris hoc loco differere: quas qui uolet, requirat uel ex Donato, uel ex tabulis Petri Mossellani, a quo sunt aptissime digestæ. Quorsum enim attinet hic inter rhetoricas præceptiones, grammatica repetere? Sunt autem grāmaticæ, uel orthographica, ut pro natus, gnatus: pro Imperator, Induperator: pro aula, aulai: pictai pro pictæ: Mauors pro Mars: olli pro illi. Vel syntactica, ut prolepsin uocant, Discipuli discunt, alius grāmatica, alius rhetorica. Zeugma, ut uicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Nos de ijs dicemus, quæ ad rhetorem proprie pertinent.

DE TROPIS

Et priusquam de schematibus dicam, tropos tractabimus. Est autem tropus, uerbi seu sermonis in aliam significationem a propria mutatio. Quid intersit inter tropum & figuram seu schema, subnotabimus infra. In tropo mutatur significatio, ut progenies uiperarum: nam hic uiperæ non significant proprie (quæ solent) serpentes, sed per tropum alio transsumuntur. Tale est hoc apud Esaiam, Beati qui seminatis super omnes

omnes aquas, immittentes pedem bouis & asini. Quæ
si de propria significatione seminãdi, aquarum, bouis,
asini loquaris, quid erit absurdius? nam per tropũ lo-
quitur de apostolis Euangelium docentibus.

In figura nõ est significatiõis mutatio. Nec enim mu-
tatur significatio uerborum per interrogationem, ut,
Tanta ne animis cælestibus iræ? Aut per exclamatio-
nem, O Ilium, & ingens gloria Dardanidum.

¶ DE TROPIS dictionum.

Sunt autem tropi duplices, dictionum & orationũ

Dictionũ tropos uoco, non quod per se posita dictio,
non in oratione, significationem mutet: sed quod in o-
ratione unius solius dictionis significatio mutatur.

Suntq; dictionum hi tropi.

μεταφορὰ

Translatio,

συνεκδοχή

Intellectio,

μετωνυμία

Transnominatio.

ἄνωμομασία

Permutatio nominis.

ὀνοματοποιία

nominis confictio.

κατάχρησις

Abusio,

μετάληψις

Transsumptio.

METAPHORA in primis illustris tropus est, &
uel Cicerõe teste, uelut stella in oratiõe lucens. Cuius
quam multiplex usus esse possit, si non aliunde, certe
ex primo de Copia Erasmi poteris requirere. In sacris
occurrent multa, quale illud est, crux pro mortificati-
c one. Itẽ

one. Item cribrare, Satanas expetiuit uos, ut cribra-
ret &c. Piscatores, Faciam uos piscatores hominum.
Et sexcenta hoc genus alia.

Est autem metaphora, cum uox a significatiōe pro-
pria ad cognatam transfertur, ut in exemplis adparue-
rit. Nam cum ignem uoracem dicimus, cognatam signi-
ficationem notamus, raptim perdendi absumendique.
Obserua in sacris crebras metaphoras, onus, iugum,
messis, operarij.

SYNECDOCHE partis est pro toto usurpatio. Ut
cum pro gladij uoce, uel mucronis adpellatione: pro
belli nomine, gladij. Tale est, si quis percusserit te in de-
xtram maxillam tuam, porrige ei & sinistram.

METONYMIA, cum nomine inuentoris utimur
pro re. Ut sine Cerere & Baccho friget Venus. Sic si
quis in sacris literis pro lege ponat Moysen: uel cum ef-
fectum pro efficiente ponimus, aut contra. ut cruenta
lex, aut tristis lex, letum Euangelium. Item, cum cōten-
tum continente significamus, ut cados epotos, litera
pro lege.

ANTONOMASIA, cum nomen proprium muta-
mus, ut pro Iunone Saturnia, pro Homero poeta, pro
Christo saluator aut dominus, pro Satana princeps mū-
di. Huc & periphrasis, id est circuitio pertinet: ut cum
pro Aristotele dicimus Peripateticæ scholæ magistrū
Quæ uel Etymologia fit, ut si quis pro Euangelio, sa-
lutare

lutare nunciūm dicat, aut notatione, cum accidentium
indicio aliquid designatur: ut iram poetæ crebro ferue
scentem bilem describūt, ut Homerus, *Iliados primo.*

ΜΕΝΕΘ ΔΕ ΜΕ ΓΑ ΦΡΕΝΕΣ ἄμφι μέλαινα
πίμπλαυτ, ὅσος δὲ οἱ πυρίλαμπετόωντι εἴκτων

Finitione item constat circuitio, ut cum pro rheto
rica dicimus bene dicendi artem. Porro nihil attinet
finitionem ac notationem ab Etymologia seiungere.
Nihil enim est Etymologia aliud, nisi qualiscunq; uo
cis descriptio.

ONOMATOPOEIA, nominis confictio est, ut
Taratantara, qua figura quid ex uulgariis?

CATACHRESIS, uerbi abusus: Ut cum pro eo qui
amicum occiderit, dico parricidam: piscinam, nō in qua
piscis sunt, sed in qua lauamus. Ferme tale est, quod a
pud Paulum in Chorinthijs legitur, *ψυχικός ἀνθρώπου*
πῶ, humano more sapiens ac iustus.

METALEPSIS, cum ex uno significato aliud col
ligitur, ut cum dicitur, nox atra, colligitur ἔ tene
brosa. Addiderunt et epitheton, ut cū proprio nomine
adponitur adiectiuū: ut, pius Aeneas, qđ cur tropū uo
carint, non uideo, cū significatione propria huiusmo
di adiectiua usurpentur. Addūt aut huiusmodi adiecti
ua aliquid emphaseos nominibus, ut cum turpis ege
stas, effrenata libido, ἔ similia dicuntur.

¶ DE tropis orationis. Caput XIII.
C 2 Allego



ALLEGORIA est orationis tropus, adeoq; quasi quædam perpetua metaphora. Nam ut in uerbo fit metaphora, ita in tota oratione ac multorum uerborū contextu allegoria, Qualia in sacris libris sunt innumera. Ventilabrum eius in manu erit, et purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Hic totus locus est allegoria quædam: nam aliud intelligi debet, quod propria uerborum significatio poscit, nempe Christum iudicaturum esse. & sanctos seruaturum, perditurumq; fontes.

Hic temperare mihi non possum, quin submoneam eos qui in sacris uersantur, quid intersit inter allegoriam, tropologiam, & anagogiam. Ac principio non est inter ulla schemata numeranda tropologia. Nam alias non aliud est tropologia, nisi exempli scripturæ ad mores accommodatio: Hic nihil de sententia historica immutatur. ut cum Abrahami exemplum deserentis patriam, accommodo ad animam mundi desertricem, plane integra manet literæ historicæ sententia. Ut cū Cicero cōparat exemplū Seruiliij Hala cum Milone, quod sicut Sp. Melium Seruilius Hala occiderit iure: ita fieri posse, ut Milo occiderit Clodium. In quo exemplo tantum abest ut præter literam seu præter historicam sen-

cam sententiam aliam requiras, ut nisi sententia histo-
rica utare, nihil plane intelligas: Alias per figuratū
sermonem aliquid de moribus monemus: ut cum dici-
tur, sanctum non esse canibus dandum, arborem bonā
esse quæ faciat & fructus bonos, quæ oratio est per al-
legoriam figurata, significatq; ne prostituamus diui-
nam doctrinam præfracte impijs, & contemnentibus
dei. Talia sunt illa Pythagorica. Ignem non esse gla-
dio fodiendum, Abstinentium ab ijs, quibus atra cauda
est. Nam his sententijs obscuris quædam de moribus
uir ille monebat. Et ratio grammaticā postulat, ut vo-
ces allegorias: nam huiusmodi orationes, tropologias
uocare non solebat uetustas. Iam quod etiam anago-
gas repererunt theologastri, rectius allegorias uoca-
ueris: quoties in cognatum significatum & per simili-
tudinem quandam transfertur oratio. Nam id proprie
est allegoria: Neq; uero uarie, sed certa ratione, singu-
la figuratæ orationes exponendæ sunt. Est enim sua
cuiusq; orationis, siue figurata sit, siue simplex, certa
sententia. Neq; aliud ineptius genus interpretandi cō-
fingi queat, quam quo hætenus utuntur hi, qui sacras
litteras per allegorias, anagogas, tropologias, & quo-
modo non? exponunt: Est autem allegoria, quoties to-
tus orationis contextus est ueluti quædam perpetua
metaphora.

Allegoriæ adnumerantur:

c 3

Aenigma,

Ἄϊνιγμα, inter orationis uicia potius, quam orna-
menta numeretur. Est enim huiusmodi oratio, e qua
propter obscuritatem nihil certi est colligere. Quanquā
a magnis etiam autoribus sunt usurpata ænigmata,
sed parce. Hesiodus, πλέον ἡμισυ πάντός, Dimidiū
plus toto. Quo uolebat significare, intra modum in o-
mnibus rebus consistendum esse. In libris Iudicum æni-
gma Sansonis est, de subactō leone. De comedente exi-
uit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Et in Euange-
lijs, Vbicunq; fuerit corpus, illic cōgregabūtur & aq-
le: significās aduolatuos ad se electos Christus, tēpo-
re aduētus sui. Hoc genus similia in scripturis obserua-

Παροιμία, Adagium, de cuius ratione quid attinet
dicere, cum in omnium manibus sint Erasmiæ Chilia-
des? Obserua in sacris libris si qua occurrerint, qualia
sunt. Nunquid & Saul inter prophetas? Modicum fer-
mentum totam massam inficit. Canis ad uomitū redi-
ens, Colantes culicem, glutiētes Camelum. Cecinimus
uobis & non saltastis: & similia multa.

Εἰρωνεία, illusio est, quæ non ex uerbis, sed uel pro-
nunciatione, uel persona, uel rei natura intelligitur,
nec difficulter ex circumstantijs orationis potest eius
ratio colligi. Vt apud Vergilium. Egrediā uero laudē.
Et Matth. nono. Et iustificata ē sapientia a filijs suis.
Et Pilati, Ecce rex uester. Et Christus. Dormite iā &
requiescite. Et Paulus, Nesciebam quod esset potifex.
Et haud

Et haud scio an hoc quoque sit Ironia, si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est. Si dicitis quod blasphemus, quia dixi filius dei sum. Iob. x. In prophetis pene nusquam non occurrent, ut Amos quarto. Venite ad Bethel, et impie agite: ad Galgalam, et multiplicare praevagationem

Σαρκασμὸς Ironiae forma, cum victor victum irridet. Vergilius. En agros et quam bello Troiane petisti Hesperiam metire iacens. Et in psal. xxi. Speravit in domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum. Et Math. vicesimo septimo. Si filius dei es. descende de cruce, et similia.

Ἀστυσμὸς longe petitus iocus est, adeoque inexpectatus, de re aliqua absurda. Ut, Atque idem iungat vulpes, et mulgeat hircos. Nec abest ab Astysmo id quod apud Iohannem est. Si ceci essetis, non haberetis peccatum. positus est in schomate hic tropus.

Μυκτηρισμὸς, in gestu magis est, quam in uerbis: nam μυκτηρ significat nasum, fitque cum nasum suspendit qui fastidit aliquid.

Ἀντίφρασις, unius uerbi Ironia est: ut cum stolidum ac pinguem, acutum dico.

Χαριεντισμὸς non admodum absimilis est Antiphrasi, nempe cum dura mollioribus uerbis per iocum

notantur: ut, Bona uerba quaeso.

Recensent inter tropos & hyperbolen, cum fidem superat uocabulum, amplificandi minuendive gratia positum: ut, Fulminis ocyoralis. Vix ossibus haeret.

Est & Icon comparatio hyperbolica: ut, Os humerosq; deo similis. Item saxa loquentur, Est & cum imaginem & illustrem descriptionem Icon significat: ut decrepitem silicernium, incuruum &c. ut cum gestum aliquem notamus, qualia Vergilij multa sunt.

Adnumerari solent tropis & parabola & paradigma, Parabola est comparatio rerum genere differentium, quales in Euangelio multae sunt. Sicut paterfamilias sinit zizania crescere, ad messem usq; ita in Ecclesia Christus. Nam id proprie dicitur parabola, cum in hunc modum alicuius uulgaris rei comparatione nostrum institutum illustramus, ut Cicero pro L. Murena. Quod si portum soluentibus hi, qui iam in portum ex alto inuehantur, praecipere summo studio solent, & tempestatum rationem, & praedonum, & locorum, quod natura adfert, ut eis faueamus, qui eadem pericula quibus nos perfuncti sumus ingrediuntur, quo tandem me animo esse oportet, prope iam ex magna iactatione terram uidentem, in hunc, cui uideo maximas reipub. tempestates esse subeundas? Ecce, hoc ego genus collationes uocant parabolas.

Paradigma, cum ex historia petitur exemplum: ut
cum Ha=

cum Halæ, Opimij, & aliorum exemplis pro Milone Cicero utitur.

Porro hæc uel ad argumentorum genera, nempe ubi loci exemplorū & similibus tractantur: uel ad schemata quoq; referri possunt. Non enim mutatur significatio in parabolis aut paradigmatis, sed hic recensimus aliorum more. Usus est, non horum modo, sed & superiorum troporum, allegoriæ, paroemiæ, ironiæ, in oratione ornando: paroemiæ, parabola, paradigmatis etiam confirmando, id quod infra in tertio schematū genere adnotabimus. Iam & harum rerum usum etiam Erasmi de Copia docebat.

DE SCHEMATIBVS,
Caput XIII.



PRÆMISIMVS tropus schematibus quo inter ea certius discernere possent pueri. Est enim tropus (ut ante dixi) cum uox in aliud significatum transfertur, ut cum Apostoli piscatores uocantur: iam cognatum quiddam piscator significat, non id quod antea proprie solebat. Schemate non mutatur uocis significatum, sed uariatur eius inflexio, aut in oratione compositio: ut quo de, pro de quo. Aut cum eloquendi forma mutatur: Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Nam hoc aliter

c s effertur,

effertur, quam si dicā, nihil non cogit habendi cupiditas. Et in hoc loco de schematibus miram rhetorum diligentiam est cernere, qui tam multiplices humani sermonis formas, adeoque et pronuntiatiois, et ipsius oris nostri, oculorum & uultus discrimina obseruata, uelut arte comprehendunt: non aliter, atque obseruatioe sonorum, Musica primum adstrinxerunt certis legibus. Nam saepe schema sola pronuntiatio facit, ut in exclamationibus & interrogationibus.

Principio quaedam sunt schemata grammatica, ut supra monui, quaedam rhetorica. Grammatica, ut dicitur pro dici: Turba ruunt, pro ruit &c. Obseruabis autem hoc schematum discrimen diligenter, ut scias in elegantiori oratione quae potissimum requirenda sint, ne per rhetorica. Nam ea semper ad ornandum adhibentur.

Grammatica sunt.

(te.

Πρόκλητος, Reges dimicant, hic pro gloria, ille pro salute
 ζευγμα Hic illius arma, hic currus fuit.

Σύλλητις Ulysses & Penelope sunt laudati.

Σύνοδοις Turba ruunt.

Σύνεδοχος, Nuda genu. sed potius graeca constructio est

Ἀντιπρωσις, Urbem quam statuo uestra est, pro urbs.

ὑπέσβατον Constructionis perturbatio, Ut Tres notus abreptas in saxa latentia torquet, Saxa uocant Itali, medijs, quae in fluctibus aras. Est autem hic ordo,

Tres na-

Tres naues abreptas notus torquet in saxa, quæ saxa
in medijs fluctibus latentia Itali uocant aras. Frequen-
tia sunt hyperbata in Paulo. Atq; istæ uere sunt cõstru-
ctionum grammaticarum figuræ, quas indicare, non
tractare uolui.

¶ DE Rhetoricis schematibus.

Rhetoricorũ schematũ tres sunt ordines. Primus
ad dictiones pertinet: quo schemate tantum auribus,
non sententiæ seruitur.

Repetitio. cum eadem uox repetitur. Vt Scipio Nu-
mantiam sustulit, Scipio Carthaginem deleuit, Scipio
pacem peperit, Scipio ciuitatem seruauit. Atq; ea repe-
titio cum fit in principio diuersarum orationum, ut in
allegato exemplo. Scipio Numantiam sustulit, Scipio
Carthaginem deleuit. Sic, Verres calumniatorem ad-
ponebat, Verres de caussa cognoscebat, Verres pronũ
ciabat. A Græcis dicitur ἀναφορὰ, Aquila uocat ἐπα-
ναφορὰ, ἐπιβολὴ uocat Rutilius. At cũ idẽ uerbũ
in fine repetitur, ἐπανόληψις alij, ἐπαναδ'ιπλωσις
uocat Sulpitius Victor, Vt, Multa super Priamo rogi-
tans, super Hectore multa. Sic, cognitum est Rempu-
blicam uenalem habuisse, cognitum est &c. Cum
commata eisdem uocibus clauduntur, Cicero conuersi-
onẽ, Græci ἀντιστροφὴν dixerunt Rutilius etiã ἐπι-
φορὰ uocauit, Vt Pœnos populus Ro. iusticia uicit,
armis uicit, libertate uicit. Sic, Frumẽti plurimũ e Gal-
lia, pedis

lia. peditatus amplissima copia e Gallia, eque numero plurimi e Gallia. Porro cum repetitur eadem continenter in eadem oratione, non in diuersis membris. ut pulcherrimus Astur equo fidens: Gallo, Gallo cuius amor &c. Vni, uni odijsq; uiro &c. Tu tu Antonio Caesar. Me me, qui adsum. Non potest, non potest inquam, uocarunt tum παλιλογία, tum ἀναδιώλωσις, tum ἐπιζωξις. Vides lector uarietatem nominum. Tu observa repetitiōem fieri, alias in diuersis orationibus, alias in una eademq; oratione: uocabis generali nomine repetitiōem, ne adpellationum uarietate confundas ingenium.

Complexio, cognata superioribus, fitq; in utraq; parte repetitio, ut, Quis legem tulit? Nullus. Quis decemuros creauit? Nullus. Quis tribus sortitus est? Nullus. Græci συμπλοκήν magno cōsensu uocauerunt.

Copulatio, repetendi forma, ubi cum quadam significantiā repetitur uerbum, hoc modo. Sed tandem ad illum diem Memmius erat Memmius. Posterius enim notat eius iam ante cognitos mores, ut si dicā, In summa, Paulus erat apud Ananiam pontificem Paulus: quasi diceret, erat sui similis, Græci uocant πλοκήν. Similis huic est antisasis. Vna salus uicti s nullam sperare salutem. Sed de Ploce multa Fabius.

TRADUCTIO, cum idem uerbum aliquoties repetitur di

titur diuerso casu. Qui nihil habet in uita, iucundius
uita, is cum uirtute uitam non potest colere. Sunt qui
ταυτολογία, sunt et qui πλοκήρ uocent. Ego pro
figura non habeo.

ARTICVLVS, cum multa sine coniunctione cohæ
rent: ut ueni, uidi, uici. Ferte citi stammias, date tela, im
pellite remos, Græci uocant ἀσυνδέτορ aut διάλυτορ.
nos aliquando dissolutum. Vtroq; modo uocat Cicero
diuersis locis. Et hac figura uix alia crebrius occur
rit. Habes exemplum eius in primo capite Epistolæ ad
Romanos,

Schema contrarium dicitur πολυσύνδετορ, ubi or
ratio multis coniunctionibus cohæret, ut, Athamasq;
Thoasq; Pelidesq; Neptolemus. Estque poetis famili
arius.

Similiter cadens, cum similiter dictiones aut sentē
tiæ finiunt, ut, egentem uirtutis, abundantem felicitat
is, Græci uocant ὁμοιοπίπτωτορ. Eiusmodi est et il
lud quod Cicero uocat, similiter desinens. Turpiter au
des facere, nequiter studes dicere: audacter territas, hu
militer placas, Græci uocant ὁμοιωτέλευτορ. Illud
in nominum casibus est, hoc in quibuscunq; uocibus.

HYPALLAGE est, quoties oratio conuerso rerū
ordine effertur, Poetis familiarior: ut apud Vergiliū.
Dare classibus austros.

AGNOMINATIO, quāquam inter schemata
dianoceas

Ἰαυοῖα numerari poterat, sicut & cōtentio, Est enī
contentio seu contratrium. Sed quando in hac conten-
tione magis literarum seu uocis quam sententiæ re-
spectus habetur, ideo hic recensui. Estq; cū similitudi-
ne literarum deflectimus uocem in contrarium, ut, In-
ceptio est amentium, non amantiū. Oneri potius, quā
honorī illi magistratus ē, græci uocāt παρονομασίαν

Ἀντανόησις eiusdē uerbi contraria significa-
tio, superiori uicina. Sed rarior eius usus est, ut, Ama-
ri iucūdum est, si curetur ne quid insit amari. Fit et in
talibus, Oppugnari pecunia pōt bonus uir, expugnari
non potest, Paulus in posteriore ad Corinthios capite
quarto, ἀπορῶμενοι ἀλλ' οὐκ ἔζηπορούμενοι. Ta-
lia sunt, ex oratore arator, ex theologo mathæologus
Ἐλλειψίς, defectio, cum deest casus aliquis. Ut, ego ne
illā, quæ me? quæ nō? sine modo, mori me malim. Græ-
ci uocant ἀνανταπόδοτα, hoc est, non reddita. Vel cū
nō redditur uerbo uerbum: ut in Galatis, Libertatem
ne in occasionem carni scilicet detis. Vel cum non red-
ditur sententiæ sententiæ, quale hoc est, in nono capite
ad Romanos. Quod si deus uolens ostendere iram, &
notā facere potentiam suam, protulit multa animi le-
nitate uasa iræ apparatus in interitum, & ut notas fa-
ceret diuitias gloriæ suæ erga uasa misericordiæ, quæ
præparauerat in gloriā. Deest enī, qd tu diuini cōsiliij
causam quæris? quasi diceret. Siquidem ita uoluit glo-
rificari

rificari &c. quid ad te, qui ex aduersu respōdes deo?
Nisi ea particula εἰ δ'ε in eo loco apud Paulum ma-
lis ἐναντιομαχῶσ quam συναντιμαχῶσ expo-
nere,

Cognata est defectiōni reticentia, quā uocāt ἀπο-
σπῶπις, cum interrūpitur, sermo uelut propter ad-
fectum. Ut Vergilius. Quos ergo, sed præstat motos
componere fluctus. Cicero uocat præcisionem.

DE FIGVRIS sententiarum.

Caput XV.



DVOS ordines schematum, quæ δ'ἰα-
νοίαι dicuntur, descripsi. Prior con-
tinet figuras, quas inter schemata δι-
ανοίας recensuit Fabius, M. Cicero
uocauit exornatiōes uerborū, eo quod
ut cunq; orationem figurant, nihil addunt autem cor-
pori oratiōis. Nos σχήματα δ'ἰανοίαις uocamus, se-
cuti Fabij autoritatē: maxime cum non accidant uni-
tantum uoci in oratione, sed toti contextui orationis.
Distinximus autem dicendi gratia, non quod hoc dis-
crimen necessario exigeremus.

Interrogatio, Græci uocant ἐρωτήματα, notior fi-
gura est, quā quæ prolixè describi debeat. Vergilius.
Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes? Hic p-
se quisq; obseruabit, quando uim admirationis, instans
di, und

di, indignationis & similium adfectuum notet inter-
rogatio, Græci πῆσμα, quoties multa rogantur.

Subiectio, cum ipsi respondemus nostræ interro-
gationi, ut Paulus, Quid igitur? peccabimus, quia nō
sumus sub lege? Non. Subiectio continet ἀνθυποφο-
ρὰν & ἀντείστα γωγῆν, de quibus in postremo ordine
infra dicemus

Exclamatio, quale illud est, O tempora, o mores. i-
tem, Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo He-
ctore, qui redit exuias indutus Achillei. Et apud Pau-
lum, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore
mortis huius? Huc pertinent imprecationes. ut, Ve vo-
bis scribæ & pharisæi &c. Græci uocant ἀγείρα. Huc
item refer δ' ἐκσῆρ, obtestationem, Per ego has lachry-
mas dextramq; tuam te etc. Item, Ominatiōes, ut, Tur-
no tempus erit, magno cum optauerit emptum, Inta-
ctum pallanta. His etiam cognata est adhortatio. Sed
de his infra in pathopoeia.

Dubitatio, Græci uocant ἀπορία, cum dubitare
& nescire nos significamus. Equidem quo me uertam
nescio.

Paradoxum seu inopinatum ad fine dubitatiōi est,
cum negamus nos potuisse uel suspicari, uel opinari,
Ut, nunquam credidi fore Iudices, ut reo Scauro neqd
in eius iudicio gratia ualeret, precarer. Eiusmodi sunt
in quibus mirandi uerbis utimur. Libenter autem ut
a reliquis

a reliquis adfectuum uerbis, ita a paradoxo, seu dubi-
tatione ordimur. Paulus in Galatis, Miror, quod tam cito
transferimini.

Communicatio, Graeci uocant ἀνακοινωνία, cū ad
uersarium ipsum consulimus, aut cum iudicibus delibe-
ramus, Ut, Cedo si uos in eo loco essetis, quid aliud fe-
cissetis? Tu si hic sies, aliter sentias. Quid si tua res a-
geretur? Vergilius. Fuit et tibi talis Achises genitor,
Dauni miserere senectæ.

Permissio, cum aliqua iudicibus aestimāda relinqui-
mus, aliqua nonnunquam aduersarijs. Esto agrā nulli
quondam flexere mariti etc. placito ne etiam pugna-
bis amori? Item, perfrica frontem, et dic te digniorem
qui fieres prætor quam Catonem. Tale est, uobis iu-
dices cogitandum relinquo, quid hinc respub, detrimen-
ti acceperit.

Est autem ad finis cōmunicationi Licentia, παρρησία
σ'α. Huius multæ formæ sunt. Significat autem ora-
tionem, in qua ueluti abutentes libertate, nobis autori-
tatem et fidem conciliamus: quale illud est pro Liga-
rio. Suscepto bello Caesar, gesto etiā ex parte magna,
nulla ui coactus, consilio ac uoluntate mea, ad ea ar-
ma profectus sum, quæ erant contra te sumpta etc.
Roma. decimoquinto. Audacius scripsi uobis fratres.
Ad Galatas quarto. Ergo inimicus uobis factus sum,
uerum dicens?

d Auerfio,

Auersio, Græce ἀποστρέφειν, cum ad aliquem conuertimus sermonem, præter reliquam narrationis compositionem. Vt Scipiadas duos bello, & te maxime Cæsar. Nam sine figura dixisset, & Cæsarem. Auertimur & ad Prosopopœias, ut, o leges Porciæ.

Prosopopœia, fictio personæ, imitatur tropos, cum res exanimas ueluti in animatas transformamus. Vt uirtutem ac uoluptatem finxit Prodicus, fortunam. Vergilius. O fortuna potens &c. Væ tibi Coroziam, sic enim urbium nomina transmutamus. Sed ut ante dixi, hæc ad tropos pertinent, quanquam hic recensuerit Fabius. Recenset hic Ironiam idem, sed & ea ad tropos pertinet.

¶ DE POSTREMO GENERE
Schematum. Caput XVI.



CHEMATVM genus tertium est, ubi non modo figuratur oratio, sed simul etiam amplificatur, tum uerbis, tum sententijs. Estq; hæc elocutionis lōge præstantissima pars, quæ qui uolet exactissime tractatam, adhibeat huc Erasmi libros de Copia. Nam quæ dicemus de hoc schematum genere, pertinent ad copiam orationis. Primum omnium obseruandum est, amplificari aut extenuari quippiam posse singulis uerbis,

Amplifi=

Amplificamus per ἀυέριστορ, cum uerbo sublimiore
et ampliore utimur, quam pro re. Ut cum improbum
hominem latronem uocamus.

Extenuamus per ταπεινωσιρ seu μειωσιρ id est
diminutiōem. Ut cum dicimus, laesisse qui uulnerauit.
Utrūq; potest fieri illustribus tropis, de quibus supra.
Ut si pro effœminato rege dicas, Sardanapalum: pro
uoluptuario, animal uentris, qua tapinosi Paulus u-
sus est. Hæc de singulis uerbis satis sit monuisse. Ce-
terum uerborum ratio a grammaticis petetur, quæ q̄
bus præstent. Pergemus ad figuras.

Interpretatio, Græcæ συνωνυμια, Fabius uocat
uerborum congeriem. Est cum multa uerba eiusdem
pene significationis eidem tribuuntur, hoc modo. Rē-
publicam radicitus euertisti, ciuitatem funditus deie-
cisti, nam idem dicitur. Ad Corinthios, In timore et
tremore multo uersatus sum apud uos. Vides oratio-
nis augmentum esse illam uerborum congeriem. Satis
enim erat dixisse, uersatus sum apud uos cum magna
formidine.

Incrementum est, cum non eiusdem significationis
uerba congerimus, sed uelut ab infimo ad summum a-
scenditur, ut, sauciuit, occidit etc.

Gradatio, Græcæ κλιμαξ, etiam forma quedam
augendi est, qua præcedens uerbum repetitur, in hunc
modū. Tribulatio efficit patientiā, patientia probatio
nem, pro-

nem, probatio spem. Sic Cicero. Quæ reliqua spes est libertatis, si illis & quod libet licet, & quod licet possunt, & quod possunt audent? &c.

Congeries, propemodum superiori ad finis: Est autem quando coaceruantur diuersæ res, quale illud est in primo capite ad Romanos, plenos omni iniquitate, malitia, scortatione, auaritia, malignitate, dolo, contentione &c. Nam illic diuersæ uitiorum formæ congeruntur. Licebit & ἀναδροσμοῦ uocare, & ἐπιτροχασμοῦ.

Contentio seu contrarium, Græcæ ἀντιθεσις, cum per contraria amplificamus. Fit aut singulis uerbis: ut seruauimus, non extinxi. Aut integris orationibus: ut si secundum carnem uixeritis, moriemini: si spiritus facta carnis mortificaueritis: uiuetis. Item, Adfectus carnis mors est: adfectus spiritus, uita & pax. Item, littera occidit, spiritus uiuificat. Elegans est, cum sic uariatur, ut illud apud Ciceronem, inimicis te placabilem, amicis inexorabilem præbes. Huc pertinet illa in Corinthiis collatio sapientiæ carnis & spiritus. Item spiritualis hominis & animalis &c. Obseruabis hoc schema accurate, quia uix alio crebrius in uarieganda loci pletandaq; oratione utimur.

Commutatio, Fabio ἀντιμεταβολή, Sulpitio Victori μετάθεσις. Est cum inuertitur aliqua sententia per contrariam, ut, Esse oportet ut uiuas, non uiue
re ut e

re ut edas. Cuiusmodi poemata uolebam, facere non
possum: cuiusmodi possum, nolo. Si poema loquens pi-
ctura est, pictura tacitum poema debet esse. Non ij qui
legem faciunt iusti sunt, sed qui iusti sunt legem faci-
unt. Item in Romanis, Si circuncisio prauaricatoris
præputium fit, consequitur, ut præputium obseruans
legis fiat circuncisio. Aris. Beati quorum fortuna sa-
pientia, & quorum sapientia fortuna suppeditat. Ex
commutatione fiunt ἐνθυμήματα. Nam rhetori en-
thymema conficitur ex contrarijs.

Συνοικείωσις, elegantissima figura, cum contrari-
um contrario tribuitur, ut, Idem peccant prodigus &
auarus, quia neuter rebus recte utitur. Sic, labor est
etiam ipsa uoluptas.

Regressio, Græcæ ἐπένοδος, a Græcis autoribus
dicitur per prolepsin diuersum quiddam in partibus si-
gnificare, ut, Vicerunt Romani, mari Carthaginenses,
terra Gallos. Est aptissima hæc in Paulo ἐπένοδος,
Christi bonus odor sumus deo, alijs quidem odor mor-
tis in mortem, alijs autem odor uitæ in uitam. Fabius
multas ἀπένοδου formas recenset, quæ ad repetitio-
nem schema λέξεως pertinent, ut, Magnus est labor
dicendi, magna res est. Nos uocamus ἐπένοδος, Græ-
cos secuti, cum per prolepsin diuersitatem aliquam in
partibus iudicamus.

Formæ respōdendi etiam augent orationem. Sūt ἑ;

α 3 ἐνθυπο

ἀνθυποφρασίαν obiectionem, qua ueluti concedimus quiddam ab aduersario propositum, sed subiicimus aliud, quo ad nos detorquemus aduersarij obiectionem, ut, Incredible est quod dico, sed uerum. Vergilius. Sed perijsse semel satis est, peccare fuisset Ante satis. Difficilis est labor discendi linguas, sed necessarius. Nam alterum est uelut ab aduersario oppositum, in altero opponimus rursum quiddam aduersario. Fit item cum quaestio quaestioni opponitur, quale illud est in Romanis, Si iniquitas nostra iusticiam dei cōmendat, quid dicemus? Num quid iniquus est deus? Absit. Alioqui quomodo iudicabit deus hunc mundū? Porro hanc figuram tum ἀνθυποφρασίαν, tum ἀντιεπισημωσιν uocarunt.

Præteritio, παραλειψίς, cum simulamus nos præterire, quod maxime dicimus. M. Cicero uocauit occupationem. Non dicam interim quam scelestus sis, Quid attinet hic commemorare, quam turpiter antea gesseris magistratum?

Præsumptio, προκατάληψίς, cum id quod obijci potest cogitationi uel iudicis uel aduersarij, priusquã obijciatur occupamus. Necessaria figura omnibus scriptoribus, nempe qua admonentur, ut consilia, cogitationesquẽ hominum apud sese dispiciant. Sunt autẽ creberrimæ. In Miloniana caussa, cū uideret Cicero arma disposita esse in foro aduersum uim, cum posset notum illud exemplum esse terrori populo, callide ac tacite pro

cite pro Milone detorquet, quod aduersari uidebatur.
Sic pro Archia, Quæret quispiam, quid illi ipsi summi
uiri, quorum uirtutes literis proditæ sunt, ista ne do-
ctrina, quam tu laudibus efferes, eruditi fuerunt? Sic
ad Romanos. Quid igitur interest inter Iudæos & gē-
tes? Nam supra, tum gentes, tum Iudæos accusauerat
pariter peccati. Vergilius. Nec uos arguerim Teucris,
nec foedera, nec quas iunximus hospitio dextras, fors
ista senectæ Debita erat nostræ. Fit cum emēdamus,
mitigamus &c. ut, Non imputo hæc tibi, sed ijs a qui-
bus tibi impositum est. Sic Paulus in Galatis, nisi sunt
aliqui qui uos conturbant &c.

Transitio est, cum paucis monemus quid dictū sit,
& quid postea simus dicturi, ut, Hactenus de turpitu-
dine belli, nunc de incommodis dicemus. Hactenus co-
gnostis, quæ ego in illum contulerim beneficia, nunc
quam gratiam ille mihi reddiderit cognoscite.

Μετὰβασις Græci uocant, cū ab una persona ad
aliam transimus. Vergi. Nō hæc Euandro de te promif-
sa parenti Discedens dederam &c. Quanq̃ non uideo
cur figuram uocarint hoc transeundi genus, cum sim-
pliciter a persona ad personam transferimus oratio-
nem, cum sic exigat circumstantiæ ratio.

Correctio, Græce ἐπιπροσθεσις, tollit quod dictū
est, supponens aliud magis idoneum, Vt, Theologus, i-
mo nugator: crudelis homo, imo ne homo quidē. Quā
uocat Rutilius μετὰνοιας, ea plane correctio est. Rufi-

nianus elegantissimam sermonis figuram quandā uocat ἀφορισμὸν, quæ corrigit uim sententiæ, Vt si dicam. Punitus est. quanquam illa non pœna, sed prohibitio sceleris fuit. Quanquam si recte æstimes, philosophari non est sapere, sed desipere. Cicero pro Milone: Quas illas leges, si modo leges nominandæ sunt, ac nō faces urbis & pestes reipublicæ.

Interpositio, Græcæ πρὸςθεοῖς, notissima figura, dum in orationem aliquid declarandi gratia interponitur. Vergilius. Aeneas (quanquam & socijs dare tēpus humādis Præcipitant curæ, turbataq; funere mēs est) uota deum primo uictor soluebat eoo.

Reiectio, ἀποδιδίωξις, cum eludimus aliquid ab aduersario propositum, & significamus uel indignū esse, de quo dicatur, uel monemus seruatuos nos in alium opportuniorem locum. In contentionibus utrunq; crebro accidit, quia quædam argumenta rectius eluduntur quam diluuntur. ut si dicam. Hac de re quid attinet dicere, quando ad institutum non ita multum facit? Huiusmodi illud est etiam pro Milone. Quid enim odisset Clodium Milo, segetem ac materiam gloriæ suæ? Nā uel principale argumentum Clodianorum eludit tantum Cicero, nō diluit. Quod artificium in caussis ne tiquam est uulgare, estq; prehensandus is qui cum disputas, ne elabatur hac techna. Est eodem schemate etiam Paulus usus, in capite tertio ad Romanos.

Causa

Causa, Graece αἰτιολογία, cum propositi alicuius statim causam subiicimus, ut Roma. octauo. Caro non implet legem, Nam qui secundum carnem sunt, quae carnis sunt adfectant. Nota figura est, uel hoc nomine quod uulgaris. Cicero pro Archia, Si quid est in me ingenij etc. uendicabit iure Archia. αἰτιολογία, fuit enim mihi princeps ad suscipiendam rationem horum studiorum etc.

Confessio, παραμολογία, cum multa aduersario permisimus, unum tandem accusantes factum. Usurpatur in coniecturalibus, et potius argumentum quam schema est: nam congestis coniecturis, docemus non effici ab aduersario, quod uolebat. ut, Esto sane fueris aliquando amicus, una militaueris, sint aliqua tua in eius beneficia, quid tum? An non potuit dissilire gratia?

Δικαιολογία est, cum causamur aequitatem. ut, Lapsus sum, sed adulescens. et inter tales uersatus, inter quos non potui non corrumpi. Tale est, furor arma ministrat. Vocant alij δεινόμαρ hoc schema. Et tale est ἀναγκάσιον apud Rutilium. ut, Amicum deserui, sed coactus a legibus: conseruauit amicitiae fidem dum per leges licuit: nunc ab illo abalienauit me, non uoluntas sed legum uis.

Finitio, ὀρισμός, cum non simpliciter sed cum definitione aliquid afferimus: ut, Non est ista fortitudo, sed temeritas, quae fortitudo cum rationi honesta contemptus

d 5 est peri-

est piculi, &c. Huic cognata notatio est, cum insigni epitheto aliquid illustramus, ut, Mars ἀλλοπρόσολα λθ.

Ex hoc nascitur suffiguratio seu effictio, ὑποτύπωσις, cum uelut rem oculis subijcimus. Fit autem per circumstantias, aliquando per gestus, qualia multa sunt apud Vergilium in descriptionibus pugnantium. Cicero pro Milone. Res loquitur Iudices ipsa, quæ semper ualet plurimum: si hæc non gesta sed picta uideretis, tamen adpareret, uter esset insidiator, uter nihil cogitaret mali, cum alter ueheretur in rheda penulatus, una sederet uxor &c.

Expolitio est, cum eadem sententia κατὰ συνωνυμίαν fere uariatur.

Distributio, μερίσμοσ, cum in partes aliquid partimur, ut, totus monstrum est, oculi foedi, os barbarum, humeri inæquales &c. uulgaris figura, qua fere communia in partes secamus, ut illustrior fiat oratio.

Marcus Cicero separauit a distributione διαλύσις seu diuisionem, nec temere. Nam in distributione exponimus commune quiddam, aut confusum, ut, Iudices corrupti sunt, alij gratia, alij pecunia &c. In diuisione simpliciter diuersa proponimus, sine aliquo communi, ut, uel auaricia impulit, uel inopia, deinde ratio subijcitur. Non auaricia, a quo uicio semper fuisse alienum, declarat uitæ ratio: non inopia, quia largæ suppetant fa

petant facultates.

Personarum fictio, προσωποποιία, latissime patet, ut famis, pacis, stultitiæ, Gratiolæ sunt, cum adhibetur in loco. Huc διαλογισμὸς pertinet, Cicero uocat sermocinationem, cum apte personam aliquam loquentem fingimus. Huc referat qui uolet Ἔ τοπογραφείας Ἔ χρονογραφείας.

Comparatio, nec alia est qua crebrius aut commodius utimur in amplificando. Nam quid non crescit aut minuitur cum alio collatum? Fit comparatio uel similitum uel dissimilium, ubi maiora minoribus Ἔ minora maioribus conferuntur. ut, An uero uir amplissimus Pub. Scipio. Pont. Max. Tiberium Gracchum mediocriter labefactantem statum reipublicæ priuatus interfecit: Catilinam orbem terræ cæde atq; incendio uastare cupientem, nos consules perferemus? Ad similia pertinent apologi, parabola, quales sunt Euangelicæ εἰκόνες, ut, Tauris similes. Ἔ exempla.

Sententia, γνώμη, dictum ad mores communes pertinens, estq; ueluti orationis αἰτιολογία, quale illud est apud Terentium. Obsequium amicos, ueritas odiū parit. Ἔ similia multa. Huc pertinent apophthegmata, Ἔ qualiacunque ueterum dicta, quæ κρίσεις uocant.

Acclamatio ἐπιφώνημα, cur a Fabio inter genera sen

nera sententiarum numeretur non uideo, cum tantum sit amplificatio propositi cuiusuis adposita ad finem, fitque per particulas, tantum, adeo. Ut, tantæ molis erat Romanam condere gentem. Plinius, Adeo interesse debuit inter eum Imperatorem, quem dii dedissent, & qui per fortunam contigisset.

Clausula, ad finem quoque pertinet, cum uelut conclusionem subiicio, ut, Quare prius de facto uestro fateamini necesse est, quam Ligarij culpam ullam reprehendatis.

Νόημα, obscurum dictum alicui adpositum. ut cū dico, dignum operculum Emserus Eccio.

Παρομοιία, Adfectuum uarietas. Petuntur autem a circumstantijs, sexu, temporibus, locis, personis, ætatibus. Adnotauit eorum formas Macrobius. Obseruabit cuiusmodi discrimina per sese studiosus in bonis autoribus. Ut ab ætate. Dauni miserere senectæ. A conditione, Hoc solum quoniam nomen de coniuge restat &c.

Vides quibus fere modis amplificari possit oratio. Est autem forma amplificandi, per circumstantias communissima, ita ut fere in omnes modos supra positos spargatur. Nunc superest, ut exerceas has formas dicendo ac scribendo. Vbi hæc quoque sollicitè moneo, ut habeas semper in manibus certam regulam dicendi

Fabium.

Fabium, ad quem aditum tibi his præceptum-
culis parauimus. Multum pro-
derunt Erasmi libri de Co-
pia, sed ita, si illius
exemplum in adno-
tandis o-
rationis ornamentis
tu quoq; se-
quaris in le-
ctione
tua quotidiana.

¶ F I N I S .

✚ Impressum Coloniae apud Heronem Alopecium,
Anno a Christi natiuitate. M. D.
XXII. Mense Au-
gusto.

22

293629

ULB Halle
003 926 745

3



m.c.





archi
mensis
310


Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



Ex hi

XVII